



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Calx

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

CALX



Calx.
Calcaneū

RVS finitur in pedem. Sed pes plures habet partes, hoc est, calcem siue calcaneum, siue talum, uolam & digitos, Sed prius de calce. Calx igitur posterior pars pedis a calcando dicta est, unde & calcaneum, Vnde illud in Moreto, Continuis rimis calcanea scissa rigeabant. Et Hieronymus, Crinitum calcaneo tenus hominem. Vergilius, Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat. Et hinc est quod calx plerumq; pro percussu pedis ponitur. Iuuenalis,

Aut dic aut accipe calcem.

Calcitro/
fi.

Calx pro
bitumine
ædificio/
rum.

Fornax
calcanea.
Calcari⁹.

Vnde & calcitrosi dicti. L. Columella secundo, Iuuenamq; recte tractum, calcitrosamq; eum reddidit, nonnunq; tamen admoueat flagello. Sed calx quoq; dicitur bitumen ædificiorum, quia ita lapides simul astringit, ut calcati uideantur. Et hinc fornacem calcaream, & Calcarium, qui præest fornaci dicimus. Cato de re rustica, calcem Partiaris coquendam qui dant. Idem in eodem, Et calcarius ligna conficit ad fornacem. Sed quidam grammatici dicunt calcem pro parte pedis, & pro cemento genere distingui, cum hoc foemini, illud masculini generis perhibeant. attamen apud ueteres uarij codices reperiuntur. Nam in Vergilio & ferrato & ferrata calce, & in Catone calcem arenatum legimus.

Talus.